



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Directorivm Inqvisitorvm F. Nicolai Eymerici Ordinis Prædicatorum**

**Nicolaus <Eymericus>**

**Venetiis, 1607**

Qvod Inquisitores non debent moram contrahere in Rom. Curia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13589**



tabo ecclesiam meam. hec ibi. Huc etiā spectat, que doctissime docet Melchior Canus lib. 6. de locis theologis. c. 4.

Nec mihi quisquam obijciat, hoc verū esse, quod agitur de propositionibus nondum definitis, aut de dubijs circa fidei articulos; secus vero dicendum in casu nostro, in quo agitur de minimis quibusdam rebus, videlicet grauanibus, & alijs huiusmodi, que ad causas fidei non videntur proprie & vere pertinere: nam hoc non facile censeo admittendum, cum simul in his causa fidei tractetur: & qui prouocat in vno, in alio quoque non obscure prouocare videatur. Rursus etiam quoniam cum ad solum Papam pertineat proprie & principaliter de fide respondere, & fidei causas terminare, & per consequens ad eum pertinebit eius accessoria expedire, ita Hostiensis in c. excommunicamus 1. §. catholici. extra de heret. & 10. And. in eodem c. §. volumus. vers. crux tamen predicari. idem Ioannes And. in c. ad abolendam. circa finem. de heret.

Atque in hanc sententiam prudentissime inclinatis paucis antea diebus quam hęc scriberemus Petrus Drusiana sanctę Romanę, & generalis Inquisitionis assessor, vni insigni eruditione, & prudentia singulari, qui cū a me rogatus esset de hac sententiam dicere, humanissime respondit in hęc verba.

Magna subest causa quod Sacerdotis sua moueri possit ad statuendum, quod in causis fidei ad Papam semper appellari debeat, vel ad supremum tribunal vniuersalis Inquisitionis Romanę, tum propter rei grauitatem, tum etiam propter euitanda multa inconuenientia: & quia ipsi metropolitani in arduis tenentur consulere sedem Apostolicam; quare circuitus inutiles essent euitandi, quibus rei fatigantur, negotia fidei publicantur, nec ea cura & dignitate tractantur, sicut tractari debent. hactenus vir ille.

In Hispania, vt paulo antea dicebamus, ab inferioribus Inquisitoribus ad generalem eorum regnum Inquisitorem seu Inquisitionis præsidentem prouocatur, qui cum consiliarijs eius Senatus de appellatione cognoscunt.

In ceteris prouincijs longe distantibus a Romana curia, ne fidei cause protraherentur, & delinquentes, ipsa longa tēporis mora & expectatione fatigarentur, saluberrimum esset constituere vnum aliquem insignē pietate & eruditione virum, veluti Metropolitanum, vel Summi Pont. Nuntium, aut a latere Legatum, si adesset, in similitudine generalis Inquisitoris Hispaniæ, ad que in hac causa prouocaretur, cū appellatur ab inferioribus Inquisitoribus, vel Episcopis; interim, vt paulo antea diximus, sedes Apostolica consulari.

Attendant autē prudēs Inquisitor, q̄ mox, vt Apostolos reuerentiales appellati exhibuit, &c. statim ipse definit esse iudex, &c. ¶ Iudex deferēs appellationi, hoc est, appellationē admittens, iudex esse definit in illa causa. c. cū appellationib. §. si videretur iudex. de appel. li. 6. huic tamē decisioni videtur aduersari text. in c. ad aures. de appel. vbi is qui appellauit, si intra terminū non prosequatur appellationem, non liberatur a iurisdictione iudicis a quo. Ceterum, huic dubitationi respondeo cū Gemina

A no in d. cap. cum appellationibus. §. si vero iudex. in fine. vers. an iudex. quod per appellationem interpositam, & delationem ei factā seu admissam, nō est suspensa iurisdictione iudicis a quo, quantum ad illa, que tendunt in faciliorem exitum appellationis. & hec est causa, cur etiam post appellationem, iudex a quo remanet iudex ad terminum assignandum, & apostolos tradendos, & ad prosequendam appellationem. c. 1. §. 1. de appellatione. lib. 6. & iurisdictionem tunc abdicat cum apostolos tradit; quod doctissime EymERICUS hic indicat, dum ait: Quod mox vt iudex apostolos exhibuit appellanti, definit in ea causa esse iudex. hanc EymERICI doctrinā nullis pene mutatis refert Iacobus Sprenger in malleo maleficarū par. 3. q. 35. vers. attendat autem.

B Si autem Inquisitor habet causam aliā, &c. in ipsa illa causa Inquisitor iudex remanet prout ante. ¶ Hanc EymERICI doctrinam probat text. in c. ad hęc. el. primero. de appellatione. vbi statuitur posse reum conueniri coram iudice a quo appellauit, in alia causa, nisi eum velut suspectum velit recusare; addo tamen, quod si crimen fuerit manifestum, in quo non potest commoda offerri excusatio, aut suspensionis iusta ratio ob quam possit iudex recusari, tunc locum non habebit suspecti recusatio. c. proposuit. de appell. ex quib. iuribus videtur hoc loco verissima esse EymERICI doctrina, & diligenter notanda, cum possit quandoq; occurrere vsus eius: nā si quis, vbi gratia, in causa heresis appellauit eo modo, quo hactenus dictum est, & post appellationem admissam de alijs heresibus Inquisitori denuntietur, re vera in illis adhuc subiectus remanet Inquisitori, et appellatione nō obstante, poterit procedere contra eū.

C Et quamquam EymERICUS hoc loco vere asserat, in tali casu: finita prima causa, eum posse procedere libere in secunda, probabilius esse crederem, quod si crimen de quo postea denuntietur, est grauius vel horribilius, quam prius, cuius punitio si omittitur, populus fortassis, aut multi scandalizarentur; tunc omissa causa appellationis, posset Inquisitor in alia causa reum iudicare, quamuis prima appellationis causa nō esset expedita, per textum singularem in d. c. proposuit. de appellatione. in fine ibi: Iudex tamen a quo appellatur (quia illi omnino suspectus est) eum non det ad respondendum super alijs compellere, nisi pro crimine adeo graui & manifesto, quo ipso actu merito sit damnandus.

hęc ibi. Nam tali casu nec suspecti recusatio, nec iurisdictione iudicis ad quem est appellatum, impediunt iurisdictionem iudicis a quo: cum is tunc in graui, & manifesto crimine nihil fere faciat aliud quā iuris pnam ei delicto debitam & assignatam declarare. His tamen cessantibus tutius videtur non procedere, & superioris responsum expectare.

Interposita appellatione quando possit Inquisitor contra appellantem procedere.

Quod Inquisitores non debent moram trahere in Romana Curia.

CONSULO autem Inquisitoribus quibuscunq; Ego Frater Nicolaus EymERICI Aragonię Inquisitor, qui in Romana curia multis annis et interpollatis, aliquando diuersos super crimine

hære-



hæresis, eorum exigentibus demeritis, fatigauit vsq; ad condemnationem; & versa vice multis annis sui etiam fatigatus varijs tædijs, miserijs, laboribus, & expensis, qui & modos curiæ sum expertus: quod negotia fidei, quæ per appellationes ad Romanam curiam deuoluuntur, non curent Inquisitores personaliter ducere, nec partem facere, nisi confidant de pleno marsupio, & favore curiæ magno, quod expedientur tempore exiguo: de quibus omnibus non est faciliter & probabiliter confidendum: sed sint diligentes, prouidi & circumspècti ad processus suos bene fundandum, & de his, quæ concernunt eorū officium, & non de alijs inquirendum, testes & delatum diligenter examinandum, delatum in sua causa ad defensionem legitimam admittendū, contra ius & iustitiam eum non vexandum, in toto processu decursa à iuris tramite non discedendum, & tunc superuenientibus appellationibus, causis ad Romanam curiam deuolutis, Inquisitores dictos processus clausos, & sigillatos, ad Romanam curiam mittant, iudicibus assignatis, qui iustitiam faciant, processus meritis acitatis: nec Inquisitores curent ibi agere contra appellantes, sed dimittant eos prædictis suis iudicibus iudicandos. Qui iudices, si Inquisitores nolunt facere partem contra appellantes, procedent ex officio ad procuracionem appellantium, si uoluerint expediri. Vbi autem Inquisitores ad appellantiū instantiam citentur personaliter, & compareant, caueant omnino litem non intrare, sed attendant processum exhibere, & totam causam ad illos reducere, & procurent, ut citius poterūt remeare, ne ibi tædijs, miserijs, laboribus, & expensis damnabiliter fatigentur: sequuntur namque damna Ecclesiæ sanctæ multa, quando Inquisitores in Romana curia propter causas huiusmodi longo tempore trahunt moram.

Id est, ad instantiam.

#### Quæ damna ex Inquisitorum absentia proueniunt.

PRIMUM damnum est, quod interim propter Inquisitoris absentiam in terris eius iustitiam, subiectis, suboriuntur hæreses & errores qui in eius præsentia ualidius extirpantur, & tunc pullulant & accrescunt in magnum sanctæ Ecclesiæ detrimentum. Nam licet dicecesani sint ibi pro Ecclesiæ suæ oneribus supportandis, multis negotijs tam temporalibus, quam spiritualibus, impliciti, commode non possunt, quia nolūt alijs negotijs præferre fidei negotia, ut deceret: quæ ex causa de Inquisitoribus olim prouidit multum consulte Ecclesiæ sacrosanctæ. Commissarij etiā inquisitorum, cum sint subdelegati, nolunt se subijcere tot periculis, laboribus, & expensis, & ærumnis sicut ipsi inquisitores delegati, nec inueniunt tantum fauorem, nec reuerentur, nec timentur prout inquisitores, quare præsentia inquisitoris est multum necessaria, & eorū absentia Ecclesiæ multum periculosa.

Secundum damnum est: quod hæretici, seu de hæresi diffamati, delati, vel suspecti uidentes inquisi-

tores per similes sibi in Romana curia fatigari & detineri, erigent sibi cornua, & contemnent, ac malignabuntur; resistent, & audacius hæreses seminabunt: & ubi agatur contra eos per dicecesanos, vel inquisitorum commissarios, consimiliter appellabunt, ut sic negotia fidei inuoluantur & securius hæreses inferantur.

Tertium damnum est: quia Inquisitores sic in Romana curia fatigati, cum redierint, & inquisitores aliarum partium huiusmodi illorum fatigationes audierint, efficiuntur debiliores ad negotia fidei promouendum, & ad hæreticos extirpandum, meuentes ne per consimiles delatorum de hæresi appellationes, consimiliter redijs, miserijs, paupertatibus, expensis, & laboribus fatigentur; & sic non curabunt negotia fidei promouere, nec hæreses extirpare; sed quiescent a laboribus suis, in magnum præiudicium fidei & Ecclesiæ sanctæ Dei.

#### COMMENT. XXXII.

CONSULO autem Inquisitoribus quibuscumque, &c.] Hæc olim initio constituta delegatæ inquisitionis frequenter fiebant: hodie uero ob incommoda hic ab Eymérico commemorata, res aliter geritur eo modo, quo in superioribus dictum est. Nam cum appellatio in causis fidei interponitur, & admittitur, iudex a quo generales inquisitores consulit, a quibus quid fieri oporteat, præscriptum, nec necesse est inquisitores inferiores personaliter comparere coram supremis iudicibus, ad quos est appellatum, ut amplius diximus supra in hac 3. par. nu. 43. tit. de forma inuestiendi ab inquisitore in tota prouincia Vicarium generalem.

b] Sed sint diligentes, prouidi & circumspècti ad processus suos bene fundandum, &c.] Tametsi in causis fidei simpliciter, & de plano procedi possit, c. f. s. 1. de hæret. lib. 6. traditq; Eymericus supra q. 54. nihilominus in his, quæ spectant ad substitutionem causæ, nisi uelint acriter coerceri, a regulis iuris discedere non debent: quod optime admonet auctor hoc loco, quæ uariatione accipi debeat, & explicet infra super q. 54. & 55. est autem locus hic ualde insignis, & consilium EymERICI diligentissime obseruandum.

c] Nam licet dicecesani sint ibi, &c. multis negotijs, &c. impliciti, commode non possunt &c. alijs negotijs præferre fidei negotia, &c. quæ ex causa de Inquisitoribus olim prouidit multum consulte Ecclesiæ sacrosanctæ.] Graues ergo Episcoporum occupationes causam dederūt summis Romanis Potestaticibus, ut huic soli fidei negotio certos iudices constituerent. cum Eymérico sentit Simancas de catho. in s. tit. 25. nu. 4. Episcopi tamen hanc fidei causam in primis tractaturi erant, cum iure diuino eis incumbat lupos rapaces, hoc est, hæreticos, ab omni Domini arcere, grauissimas penas subituros, nisi ita faciant. de qua re extant antiquissima Conciliarum decreta penitus animaduertenda: in Concilio Milenitano c. 25. in Concilio Lateranensi sub Innocentio ii. cap. 3. in Concilio Toletano 11. cap. 2. & alibi sepe, traditq; eleganter Albericus de agnosc. assertio. q. 11. num. 11. & 12. & Simancas de catho.